



**Nicolai Cavssini Trecensis, E Societate Iesv, De Eloqventia  
Sacra Et Hvmana Libri XVI**

**Caussin, Nicolas**

**Coloniae Agrippinae, 1634**

53. Hunni: Ex Ammiano l. 31.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70090](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-70090)

se confutat D. Augus. lib. 5. de Civitate Dei, cap. 7.  
Chrysost. in epist. ad Galatas. Tertull. de Idolatria.  
Isidorus Peloponnes. ep. 228. Helladius, Theodorus,  
Mar. Ficinus, & innumeri.

Parte alia uxori. perfidia inter coniuges defensanda, quo cuius se mutuus haeresis fecerum, infideles qui  
que mutuu vicissim vita infidantur.

Miriones videbis, & Lachetas. Miriones, & Lachetas per sona comica viles, & humiles.

Ctesiphoni, & Temenae. Heracida tragediæ  
Roger: quod ad secundum attingit. Probum nra. & plures  
dixi humiliorum socco, lib. 27. cap. 10.

Ad descript. Populi R:mani.

Iani Roma templaria. Primum Bi-  
frontis à Romulo, secundum Numa constitutum. Alterum  
Quadrifontis ab Augusto, ut sahacur Seruus, in-  
faustratum. Tertium à Dihilio, de quo Tacu. lib. 2.  
Annal.

Circumflexerit metu. Nruus omnes aurigas  
in Iudis Circensionis, ita circumflexisse mactas, ut  
sam non tangere, unde Clavis. Mala timetur  
equus, & Horat. Mors agri furoris Euitata votis.

Per sibilos explodantur. Quos Cicero ad At-  
ticum pastorissus signum appellat, ut supra notauimus.

Spectaculo Exodiaro Exodium, carmen ri-  
culum, quod in exsilio chorifatu Astellana canta-  
batur. immenai. sc. yr. 6.

Vrbieus exodio r̄isum mouet Astellans.

Per te ille discat. Proverbiū apparet fuisse in  
ridiculis tempore Ammiani, sed unde, aut qua occa-  
sione natum, nemo, quod sciā, meminit.

## H V N N I.

### Descriptio LIII.

**H**annorum gens monumentis veteribus  
Ex Am- leuiter nota, ultra paludes mooticas  
miano l. 31. glacialem Oceanum accolens, omnia  
modum feritatis excedit, ubi quoniam ab i-  
pius nascendi primijs infantium, ferro sul-  
catur altius genæ, ut pilorum vigor tempe-  
stiuus emerget, corrugatis cicatricibus he-  
betetur; sensuque imberbes absque vlla ve-  
nustate, spadonibus similes. Compactis om-  
nibus, firmisque membris, & opimis ceruici-

bus prodigiosè deformes: & pandi, ut bipedes  
extimes bestias, vel quales commigrantis  
ponibus effigiati stipites, dolastur incomptè  
in hominum figuræ: sic & in sua vita vili sunt  
asperi, ut nec igni, neque seporatis indigent  
cibis, sed radicibus herbarum agrestium, & se-  
miceruia cuiusvis pecoris carnis vescuntur,  
quam inter femora sua, & equorum terga sub-  
ferram, foru calefaciunt breui. Ad dñcij nullis  
vaquam recti, sed hæc velut ab vsu communi  
dicta sepulchra declinant. Nec enim apud  
eos, vel arundine fastigiatum reperi tugarium  
potest: sed vagi, montes peragantes, &  
sylvas, pruinias, fanem, sicutique pereire ab  
iacunabulis assueti, peregrè recta, nisi ad  
gente maxima necessitate non subeunt, nec  
enim apud eos securos existimant esse sub re-  
ctis. Indumentis operiuntur linceis, vel ex  
pellibus silvestrium murium confacinaunt.  
Nec alia illis domesticæ vestis est, alia foren-  
sæ. Sed semel obsoleti coloris tunica collo in-  
serta, non ante depositur, aut muratur, quam  
diuturna carie in pannulos defluit defu-  
strata. Galeris incurvis capita tegunt, hirsuta  
crura cortijs munientes hædinijs, corumque  
calcei formulis nullis aptati vetant incedere  
grediibus liberis.

Qæ caussa ad pedestres parum accom-  
modati sunt pugnas: verū equis propæcessi,  
duris quidem, sed deformibus & male-  
briter ijsdem nonnunquam insidentes, fun-  
guntur muneribus consuetis: in ipsis quibus  
in hac natione pernox, & perdius emit, & ven-  
dit, cibasque sumit, & potum, & incinatus  
ceruici angustiumenti, in altum soporem  
ad usque varietatem suffunditur somni-  
tum, & deliberatione super rebus proposita  
serijs, hoc habitu omnes in communis con-  
sultant. Agatur autem nulla severitate regali,  
sed tumultuarij primatum ductu con-  
tentis perumpunt quicquid incidenter, &  
pugnant nonnunquam lacessiti, sed iugentes  
prælia cuneatim varijs vocibus sonantibus  
toruum, utque ad perniciatem sunt leues, &  
repentini, ita subito de industria dispersi  
languageunt, & imposita acie cum cæde vasta  
discurrunt, nec inuidentes vallem, nec castra  
inimica pilantes, pīce armis parte decernuntur:  
eoque omnium acerrimos facile dixeris  
bellatores, quod procul missilibus telis, acu-  
tis ossibus, pro spiculorum acuminis arte mi-  
xa coagmentatis, sed distinctis continuo ferro,  
fuc

sine vi resistunt, hostesq; dum mucronum noxijs obseruant, contortis lacinij illigant, vt laqueatis resistentium membris equitandi, vel gradiendi adimant facultatem.

Nemo apud eos arat, nec stiua aliquando contingit, omnes enim suis sedibus fixis, atque lari, vel lege, aut ritu stabili dispositi, semper fugientium similes, cum carpentis, in quibus habitant, vbi coniuges ex villis vestimenta contextunt, & coeunt cum maritis, & pariunt, & adusque narrunt pueros, nullusque apud eos interrogatus, vnde oritur, respondere posse, alibi conceptus, natusque procul, & longius educatus. Per inducas infidi, inconstantes, ad omnem auram incidentes, spei nouae, per quam mobiles totum furori incitatissimo tribuentes.

In eos sultorum animalium titu, quod honestum, dishonestum sit, penitus ignorantes. Flexiloqui, & obseuri, nullius religionis, vel superstitionis reverentia aliquando distri-  
cti, aurum cupidine immensa flagrantes, adeo permutabiles, & irasci faciles, vt eodem ali-  
quatos die a locis nullo irritante desciscant, itidemque propitientur nemine leniente.

Hoc expeditum, indomitumque hominum genus externa praedandi auditate flagrans immani, per rapinas finitimarum graefatum, & caedes, adusque Achiam peruenit.

## Nota.

*Telamones, Atlantes.* Effigiat stipites, tū uocantur Telamones, & Atlantes; Vitruvius lib. 6 cap. 10. Item, si qua virili figura signa mutulos, aut coronas sustinent, nostri Telamones appellant. Cuiusrationes, quid ita, aut quare non inueniuntur? Grati verò eos Atlantes vocant. Atlas enim historicè formatur, sustinens mundum.

## HELLVO.

Ex Cicerone in Verrem.

## Descriptio LIV.

Erant aurea contuicia non illo silentio Pre-  
torum, atque Imperatorum, neque eo pu-  
tore, qui iis magistratum coniuijs verlari solet: sed cum maximo clamore, atque conui-  
cio: etiam nonnunquam res ad manus, atque

ad pugnam veniebat: Iste enim prætor seuerus, ac diligens, qui populi Romani legibus, que in poculis ponebantur, obtemperabat: itaq; erant exitus eiusmodi, ut alius inter manus e conui-  
cio, tanquam è prælio auferretur: alius tan-  
quam occisus relinquetur: plerique fusi, sine  
mente, ac sine vlo sensu iacent, quiuis vt  
cum alpeisset, non se prætoris coniuium, sed  
vt Cannensem pugnam nequit e videre arbit-  
ratur.

## AFFECTVS.

## AMOR.

Ex Graeco Oppiano.

Oppianus lycus vero Oresti.

## Descriptio LV.

**A**MOR, ut aiunt Poëtae, ephesus est, glabellus  
acorpore, vultu speciosus, alis volucrer, manu  
promptus, arcu, sagittis, & facibus armatus.  
Quin potius affectus est animi in rem ama-  
ram, præcepis, vehemens, incensus. Qui Deus  
bone! quantus est, quanta machinatur: quan-  
tum imperat? & quantum ludit? stat quidem  
terra firmissimis deixa radicibus, & tamen ab  
eo commoueretur: fluunt in quieta maria conti-  
nuis lapibus, & ab eo confinguntur. Altum  
est cœlum, & ab eo superatur: profundi sunt  
inferi, idem ipsi ab eo penetrantur: in æthere,  
in aqua, in igne, in terris, infra terras, vbique  
sui dominatus impressi vestigia: ipsi mehercule  
mortui eius potentiam reverentur, sceptrum  
adorant, formidant imperium. Ad eius ignem  
Vulcanus funus est, debilia sunt solis tela, fi-  
atilia Iouis fulmina. Crudeles enim habet fa-  
gittas, acerbas, ardentes, igneas, prudentias  
corruptrices, furiosas, quæ vbi primum cor at-  
tigerunt, immedicabilem quandam tabem in-  
stillant, qua non modo homines, sed & brutæ  
animantes totæ liquefunt. Quid cum ipse im-  
prouisus instar procelle labitur in pectus, &  
per oculorum fenestrassim cor hominum pene-  
trat, velox, acer, acutus, facibus vndique col-  
lucens: lenem flammat medullis, atque ossi-  
bus inspirat: quæ dolorum astus, & furores  
longius inserpens, secum trahit. Hac flos cor-  
poris, & vetustas coloris, deperditur, pallor  
vultus

Zzz